

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimae, ad Dominicam SS. Trinitatis

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Dominica Infra Octavam Ascensionis. Cum venerit paraclitus, &c. De
Adventu sancti spiritus, & de adversis tolerandis multa congeruntur.
Explicatur verò latiùs, quæ est huius loci maximè propria ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-44214

DOMINICA INFERA OCTAVAM ASCENSIONIS.

Cum venerit Paracitus, &c. Joan. 15. & 16.

Ex duobus diversis capitibus de promptum Evangelium hodiernum duas etiam valde diversas contineat patres. Prima in promissione Spiritus Sancti bonum omne complectitur. Secunda tota est in denuntiandis malis, quae sint passuri Apostoli.

Ad priorem partem tres referri possunt veritates, ex consequenti verborum Christi textu.

Cum venerit Paracitus quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis.

Sicut spiritus & veritas sunt simul & seorsim indivisibilis, ita si hunc à Deo spiritum veritatis velis accipere, oportet te toto individui Dei esse.

In 3. parte, Feria 5. hebdomada undecima, ubi de adorando Deo in spiritu & veritate.

Ille testimonium perhibebit de me.

Quam raro cogitas Christum, tam crebro reflectis Spiritui sancto.

Vel sic

Nulla in re frequentius Spiritui sancto resistitur, quam quod infrequentius de Christo cogitatur.

Quia videlicet nulla res est, ad quam Spiritus sanctus impellit frequentius, quam ad pias de Christo cogitationes, cum propterea precipue sit de celo missus, prout declaratur in 1. parte, Feria 4. hebdomada prima Adventus.

Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

In parvis major est servi de Christo testantis fidelitas.

In 1. parte, Feria 6. hebdom., 6. post Epiphaniam. Vbi & vide qua de sanctis Martyribus in communione habentur circa finem.

AD POSTERIOREM EVANGELII
PARTEM PLURIBS REDUCUNTUR VERI-
TATES.

Hec locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Quantum obest adveritas improvisa, tantum praewisa prodest.

In 2. parte, Feria 6. sexagesima.

Sicut scandalizans, ita peccat scandalizatus.

In 1. parte. Dominica 1. Adventus.

Quem pro Christo sperni pudet, Christi pudet.

In 2. parte, Feria 3. hebdom. 4. in Quadragesima.

Absque Synagogis faciente vos.

Beatus est magis carere omni solatio quam abundare.

In 2. parte, Feria 4. maioris seu sancta hebdomada.

Beati estis cum maledixerint vobis.

In 3. parte, Feria 3. & 4. hebdom. 4.

Venit hora ut omnis qui inervosus vos, arbitretur obsequium se prestare Deo.

Inter Dei servos, tanto hic majori praestat obsequio, quantum illum qui persecutur, majus obsequium arbitratur se praestare Deo.

Ratio est manifesta, quia tanto hic aliis maiori praestat obsequio, ceteris paribus, quanto molestius praestat obsequium.

Sed tanto illud est molestius obsequium, quanto illum qui persecutur, maius obsequium arbitratur se prestare Deo: sic enim qui persecutionem patitur, iuste pati iudicatur, tanquam impius & blasphemus, atque omni dignus supplicio: quod certe est in quaevi pena molestius.

Vnde est evidens conclusio proposita veritatis, & colenda praxis.

Y y 2

Neque



Neque tamen propterea nimis esse dolendum, do-
cet hoc veritas:
Qui sibi innocentia factam injuriam nimis
dolet, sua ipse innocentiae injuriam facit.
In 2. parte, Feria 2. hebdom. 4. in Quadrage-
sima.

Hoc facient vobis, quia non novérunt Patrem
neque me.
Quidquid de Christo se scire dicant impii,
Christum nescire dicendi sunt.
In 4. parte, Feria 4. hebdom. 19.
Hoc locutus sum vobis, ut cum veneris hora eo-
rum, reminiscamini, quia ego dixi vobis.
Si dum adest occasio, Virtus absit, vix un-
quam aderit.
In 2. parte, Feria 2. hebdom. 2. in Quadra-
gesima.

Si quod Christus dixit, cogitetur difficile;
hoc ipso reddetur facile, si cogitetur quod
Christus dixit.

In 3. parte, Feria 5. hebdom. 5.

Vel nulla Christi recoletur memoria; vel nul-
la erit in eius cultu querimonia.

Ratio, qua hic debet expendi fūsus, hec est inter
alias, quod nulla erit in Christi cultu queri-
monia, si nullus est labor.

Sed aut nulla Christi recoletur memoria, vel in
eius cultu nullus erit labor.

Ergo nec nulla erit querimonia, vel nulla Christi
recoletur memoria. Quod postremum nimis
pudendum ne accidat, curanda potius fre-
quens & familiaris eius recordatio, qua diffi-
cultates omnes mitigatione & querimonia
comprimantur.

L P U N C T U M .

Hec postrema Evangelii verba quibus
principiū Dominus recordationem
sui, suis commendat Apostolis, jam
illis aptè convenienti, hoc toto tempore, quo
ab auctoritate Domino simul juncti & uniti
promissum expectabant Spiritum sanctum.
Quid enim aptius cogitarent aut inter se
conferrent quam de verbis & de rebus gestis
Domini, quibus se ad ardua & difficilia qua-
vis pro ejus cultu suscipienda prepararent? &
beati non iam corum oculi qui viderunt, nec

Luc. 1. 10.

tantum beatæ aures quæ audierunt; sed bea-
tissima mens quæ vila & audita recordatur!

In hac pōtū recordatione verborum aut
Personæ Domini tanta vis est ad agendum &
patiendum, ut vere dictum sit; vel nulla Christi
recoletur memoria, vel in eius cultu nulla sit
querimonia. Et ratio quidem aperta est, quo-
ad primam præcipue partem qua dicitur, nullam
fore querimoniam si nullus sit labor, qui
non libenter subeat: hinc enim totæ diffi-
cilius querimonia, seu murmura, cum quid ju-
betur difficultius, aut quidquid sic quod jube-
tur, si non libenter acceptetur. Et tādere capit
populum itineris ac laboris, locutusque contra
Deum, & Moysen, ait, cur eduxisti nos de Ægypto
ut moreremur in solitudine? Audisne que-
rimoniā? at unde excitatur nisi ex prætentō
laborē nimio quem nolebant ferre? unde si
nullus fuisset labor, aut si laborem lubentes
sustulissent, profecto nullum fuisset mur-
mur, nulla querimonia: quamobrem qui e-
rant in misero illo populo sapientiores & fi-
deliores, licet eundem ferrent laborem atque
alii, non ita tamen murmurabant aut quere-
bantur de Domino, quia libenter hunc labo-
rem sustinebant, atque ex hac libenti suffe-
rentia, quam in Dei cultu demonstrabant,
probabant eorum fidelitas, ut Sapiens illa
Iudith optimè sentiebat, dum populum suum
sic adhortaretur, memores sint quia tentati Iudith. 8.
sunt patres nostri, ut probarentur si verè colerent
Deum suum. Expende illud verè colerent, nam
aliud est colere, & aliud verè colere.

II. P U N C T U M .

Sed, vel nulla Christi recoletur memoria; vel in
eius cultu nullus erit labor. Quod perinde est
ac dicere; Si recoletur Christi memoria, nullus
est in eius cultu labor, vel si quis sit labor qui non
libenter acceptetur, nulla eius recoletur memo-
ria.

Nam vel revera nullus est in illo, quod agi-
tur, opere labor, & nulla rationabilis difficul-
tas, sed mera naturæ depravatio quæ huic grati-
tis repugnat & contradicit operi: aut certe est
aliqua in opere difficultas. Si primum fate-
ris, recole Christum tuum, repræsentat tibi
nascentem in præsepi, aut in cruce morien-
tem. Audi quid contra naturæ depravata
motus dixerit; Qui vult venire post me, abne-
get semetipsum, tollat crucem suam & sequatur
Matth. 16. 24.

me. Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Aut pudebit te cui si haec audias: pudebit te cui mollis & dissoluti animi in conspectu Christi tui: aut pudebit illum conspicere & clamabis, tolle, tolle, gravis est nobis ad videndum, contrarius est operibus nostris. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum, gravis est etiam nobis ad videndum, quoniam dissimilis est vita illius. Sic Scriptura loquuntur, sic cedat animus quantumvis viciolus Christo repræsentato, aut tali cedat Christus animo, & le repelli patiatur.

Quod si revera operi, nonnulla fortè difficultas & labor inest, ut aliquando accidit, nonne si tūm Christus obversetur animo quasi qui labore hunc imperet, & sic ordinatum à se declareret, atque ad ipsum tolerandum persuadeat; nonne sic suavi quadam dulcedine laborantem afficiet, ut non modò non sit gravis labor sed suavis & jucundus, dicasq; cum Apostolo, ego non solum laborare & alligari, sed & mori paratus sum pro Domino Iesu. Hoc omnino sentias & diccas necesse est, aut inane esset quod Christus dixit: Venite ad me omnes qui laboratis & oneratis sis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, & discede a me quia mitti sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est & onus meum leve. Credisne ita esse ut dixit Christus? Credis forte dum nihil patieris, sed dum laboras, diffiteris. At vide quam contra sentiret S. Augustinus, vix credebat cum id audiret a Christo dictum & nihil dum pateteretur. Quando vero pro Christo patientem fuit, tunc illud verius credidit. Audi enim ut loquitur: Compressisti a timore superbiam meam, & mansueticisti jugo tuo cervicem meam. Et nunc porto illud, & leve est mihi, quia promisisti, & fecisti; & vere sic erat, & nesciebam quando id subire metuebam.

II. PUNCTUM.

Vel nulla igitur Christi recoletur memoria, vel nulla erit in ejus cultu & servitu querimonia. Quia nullus erit labor quem non libenter subeas, dum illum recoles, aut si quis esset labor quem subire nolles, tu potius a tua mente Christum abjeceres, quam hunc nolles laborem ferre. Durius enim tibi videretur, si Christum diligis, pro dilecto praesente & viidente, nolle laborare, quam laborem quam-

tum vis durum pro illo sustinere. Tantum in te recordemur nominis tui, ait Propheta, quasi hoc ipsum dicaret quod Apostolus: In his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos: Hanc cantum peto gratiam ut ejus possim recordari.

Hinc inter alios Patres, piè ac fusè sanctus Bernardus, ad illud Cantorum, Fasciculus

Serm. 43.

myrrha dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur. NON factum sed fasciculum dicit, quod leve pre amore ipsius ducat quidquid labores imminent & doloris. Vnde & delictum nominat, monstrans dilectionis vim omium amaritudinum superare molestiam. Tu quoque si apud imitaberis sponsa prudentiam, atque hunc myrrham tam carum fasciculum, de principali sui peccoris nec ad horam, patieris avelli; amara illa omnia qua pro te pertulit semper in memoria retinens, & assidue meditazione revolvens, qui possit dicere tu, fasciculus myrrha dilectus meus nabi.

Et post multa: Adiutor huius salutaris facticulus servatus est, nemo tolleret eum a me, inter ubera mea commorabitur. Hac meditari dixi japonianam, in his iustitia mihi perfectionem constitui. Hec me erigunt in adversis, in prosperis reprimunt, & inter leta tristiaque vite praesentis, via regia incedunt, tuncum prabent uirobiique ducatuus, hinc inde mala imminentia prepulendo. Hae mihi conciliant mundi judicem, dum tremendum pestisatibus, mitem humilemque figurant, dum non solum placabilem, sed & imitabilem praesentant eum, qui inaccessibilis est principatus, terribilis aquil Reges terre.

Propterea hac mihi in ore frequenter sicut vos scitis: hac in corde semper, si ut Deus seit: hac stylo meo admodum familiaria, sicut appetit: hac mea sublimior interim philosophia, scire Iesum, & hunc crucifixum. Hunc & vos dulcissimam dilectionem fasciculū coligit: vobis, hunc medullis inserite cordis, hoc munite aditum peccoris, ut & vobis inter ubera commoretur. Habete illum semper non retro in humeris, sed ante paculis, ne portantes & non odorantes, & onus premas, & odor non erigat. Si enim ante oculos habueritis, quem portatis, pro curio videntes angustias Domini, levius vestras portabitis. Quod brevius alibi repetens, Vbi est, amor, inquit, non est labor, sed sapor.

Vide in 1. parte, Dominica 4. Adventus, ubi haec proponuntur Veritates:

Sic facta sunt aspera in vias planas, ut tam

Vy 3 jucundus


jucunda per aspera quam per plana vivamus.
Majus est Christi beneficium, amaritudines nobis reliquissimam amabiles, quam nullas nobis reliquissimam.

Aut non amatur Christus, aut amatur alpe-

ritas:

Cui nimis adhuc durum videtur pati pro Christo, nimis etiam durum videtur amare Christum.

Huc etiam spectat tota hebdomada 22. partis 4.



HAC HEBDOMADA, quae in Actis Apostolorum narrantur fecisse Dilcypoli Domini, dum ab ejus Ascensione ad Pentecosten, expectarent Spiritum sanctum, referuntur ad sex Virtutes, totidemque Veritates Practicas, quae nos ad eundem Spiritum sanctum plenius recipiendum disponant; ex quibus duæ nos proprius spectant, duæ proximum, duæ ipsum Deum.

FERIA SECUNDA. DE CONTINUATA PER DECEM DIES *Recollectione Apostolorum:*

*Et de nostra instituenda, ad recipiendum
cum eis Spiritum sanctum.*

Et cum introissent in coenaculum, ascenderunt ubi manebant Petrus & Ioannes &c. Hi erant perseverantes unanimiter in oratione, cum mulieribus, & Maria Matre Iesu, & fratribus ejus. Actuum 11.

VERITAS PRACTICA.

Nulli magis necessariò secedendum, quam qui minus necessarium sibi putat secessum.

Ratio isti, quia nulli magis necessario secedendum, quam qui minorem sui cognitionem & curam habet.

Sed qui minus necessarium sibi putat secessum, minorem sui cognitionem & curam habet.
Ergo nulli magis necessariò secedendum, quam qui minus necessarium sibi putat secessum.

I. PUNCTUM.

Quod refert sanctus Lucas in fine sui

Evangelii, Apostolos ab Ascensione Domini semper, sive assidue in templo fuisse, hoc Interpretes intelligendum docent post adventum Spiritus sancti, cum ipse et S. Lucas in Actis Apostolorum aperte dicat eos omnes in eandem convenisse domum, unde digressi non purantur nisi post Pentecosten, prout illis Dominus expressè dixerat; sedete in Civitate, quoadusque induamini virtute ex alto.

Erat igitur turba hominum simul, ut *Sacer Historicus* refert, ferè centum viginti; *Ibid. 1.* quod & sequenti capite repetens, erant, inquit, omnes pariter in eodem loco, semoti scilicet ab omni alia conversatione & quibuslibet negotiis, ut sic in unum recollecti melius sele disponerent, cum divina gratia,

ad

*Ls. in c.
24. Lucas.*

ad majores illas gratias quas erant receptu-
ri.

Notari vero potest triplex quoddam ge-
nus recollectionis; nam primò illa est, quæ
sie domi instituitur ut libertate vagandi per
urbem sibi simul interdicant; deinde, ne qui-
dem per domum divagantur, sed uno omnibus
loco & cœnaculo & cubiculo, quod erat in
superiori domus parte, tene continent; ac de-
nique non modò corpore sed & animo, non
solum externo secessu sed & intreno, totis
anima viribus & facultatibus in unum velu-
ti recollectis, tanto propius Deo conjungun-
tur, quantò longius à creaturis recedunt. O
qualis illorum animus! qualis meditatio!
quinam affectus! quenam colloquia!

Quantum autem, ad ampliora recipienda
conferat ista recollectione, vel ex hoc divino
disce oraculo: Proprie hoc, ecce ego lactabo
eum & ducam in solitudinem, & lequar ad cor-
eius. Expende verbum illud lactabo, id est,
alliciam, persuadebo, adducam ita suaviter,
ut unusquisque libenter veniat: quod fit vel
per inspirationes internas, vel per considera-
tiones uberrimorum fructuum qui evidenter
inde ad omnes permanant.

Qualis hīc animus tuus? an se finit laetari
& duci in beatam illam solitudinem, ac contra
reluctatur: nec dicas tibi minus videri ne-
cessarium talēm secessum: nam hoc ipso quo-
se tibi videretur minus necessarium, magis ne-
cessariò tibi secedendum esset. Ratio est valde
expendenda, quia videlicet nulli magis est
necessariò secedendum, quām qui minorem
sui cognitionem & curam haber. Idcirco e-
nim talis secessus est institutus, ut, quod spe-
stat ad salutem, & quod in turba negotiorum
minus commodè peragi potest, illic oppor-
tunè conficiatur. Statue tibi speculam, pone tibi
amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam.
Quo de argomento, & maximè de necessita-
te considerandi ac noscendi sui, præclarè in-
ter alios S. Bernardus in libris de Consideratione
ad Eugenium Papam, unde hæc ad rem
nostram perdonata: Memento proinde non dico
semper, non dico sape, sed vel interdum, reddere
seipsum tibi. Vtere tu quoque te inter multos.
Quid indulgentius? Hoc enim dico secundum in-
dulgentiam, non secundum judicium, puto &
ipso Apostolo indulgentiorem me in hac parte.
Ergo plus quām oportet, inquis? Non infiior.
Quod si ita oportet? nam, ut confido, nostra non

eris meticulosa informatione contentus, sed a-
bundabis magis.

A te, tua consideratio inclinet, ne frustra in a-
lia extendaris, te neglecto. Quid tibi prodet se
universum mundum lucerie, te unum perdens?
Et si sapiens sis, deest tibi ad sapientiam, si tibi
non fueris: quantum verò ut quidem senserimus
ego, totum. Noveris licet omnia mysteria, no-
veris lata terra, alta cœli, profunda maris, si te
nescieris, eris similis adfiscanti sine fundamento,
ruinam non structuram faciens. Quidquid ex-
truxeris extra te, erit instar congesti pulvri,
ventis obnoxium. Non ergo sapiens qui sibi non
est sapiens; sibi sapiens erit, & vobis de fonte putei
sui, primus ipse. A te proinde incipiat tua con-
sideratio; non solum autem, sed in te finiatur.
Quocunque evagetur, ad te revocaveris eam
cum salutis fructu. Tu primus tibi, tu ultimus.
Sum exemplum de summo omnium Patre, ver-
bum suum & emittente & retinente. Verbum
tuum consideratio tua, qua si procedis, non re-
cedat: sic progrediatur, ut non egrediatur: sic
exeat ut non deserat. In acquisitione salutis ne-
mo tibi germanior unico matrissua. Contra salu-
tem propriam cogites nihil. Minus dixi,
contra: præter, dixisse debuerem: quidquid
se considerationi offerat, quod non quoquo
modo ad tuam ipsius salutem pertineat, respon-
dum.

Plura sequenti puncto: hæc sufficiant ut
videas, quanti referat consideratio de propria
sui notitia, & quām verè dicatur, nulli esse
magis necessariò secedendum quām illi, qui
se minus norit, cum idcirco præcipue le-
cessus commendetur, ut hæc sui notitia com-
pareatur. Deus semper idem, neverim me, no-
verim te. Sic frequentissime sanctus Augu-
stinus.

2. Solit. 3;

II. PUNCTUM.

Sed qui minus necessarium sibi putat seces-
sum, minorem sui cognitionem & curam ha-
bet.

Quod enim sic de se sentiat & repurget, or-
iri potest ex tribus causis, quæ simul omnes
declarant quām modicam sui cognitionem
& curam habeat. Prima ex tepiditate, quasi
non potet sibi majorē perfectionem esse ne-
cessariam, nec proinde illo secessu opus esse.
Itane verò est, se noscere & sui curam habere,
sic de suo judicare profectū! Quām longe
est

L. 3. c. 7.

est alius sancti Bernardi & veritatis sensus! Audi ut ille ad eundem Papam: Rara vox est; nihil mihi conscientia sum. Cautior in bonis ambulas, & si mala non lateant. Quamobrem ut dixi, neveris te, ut inter angustias, quae non defunt, fruari conscientia bono: magis autem ut scias quid desit tibi. Nam cui non desit OMNIA ILLI DESENT QUI NIL SIBI DEESSE PUTAT. Nunquid quia summus Pontifex, id est summus? Infimum noris esse, si summum putas. Quis summus cui addi non possit. Graviter erras si te illum existimes. Absit: non tu de illis es qui dignitates, virtutes putant. Et post pauca: quomodo profici, si jam suffici tibi? non sit proinde tibi aut pigrum vestigare quid desit, aut fateri quid desit, verecundum. Loquere & tu voce Antecessoris tui: non quid jam acceperim, aut jam perfectus sim. Et rursum: Ego me non arbitror comprehendisse. Hac scientia sanctorum, hac longe ab illa qua inflat. Hanc qui apponit, apponit & dolorem: sed dolorem hunc nemo unquam sapiens subterfugit. Est quippe medicinalis dolor per quem stupor ille lethalis animi duri & impavidentis excluditur. Et ideo sapiens qui dicere potuit: Et dolor meus in complicitate meo semper.

Secunda cedula possit esse, quod licet perfectioni lux studeat, non poterit tamen ad illum opus esse necessarium, aut quid aliud esse necessarium quam quod ordinariè facit. Atqui hoc est minus se nosse, hoc est minus nosse quam sit proclive cuivis homini a seipso deficere & in perniciosem labi statum, nisi se aliquando introspecti attentius, & in seipsum penitus redeat. Hoc est non nosse, quod sacre Literæ nos tam crebro moneat de homine veterascenti renovando, quod sic egregie sanctus Gregorius explicat: Hoc ipsum enim in hac mortali vita consistere, quasi ad vetustatem ire est, & cum indicissa mens relinquitur, in quodam senio corporis sopitum: quia sui negligens, propositum robur insensibiliter perdens à forma priori fortitudinis dum nescit, nescit: unde & per Prophetam sub Ephraim specie dicitur. Considererunt alieni robur eius & nescivit: sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignoravit. Cum vero semetipsam querit, & subtiliter paenitendo, se discutit: ab ipsa hac vetustate sua, tota lachrymis & mærore incensa renovatur: & que jam penè inveterata frixerat, per subministrata interni amoris studia, novum calet: unde Paulus Apostolus nus mortalis vita veterascentes Discipulos monet: Renovamini spiritu mentis vestra.

phile. 2.

psal. 37.

T. 3. Mor. 6.

Osee 7.

Eph. 4.

Tertia denique causa est, quod cum naturæ corruptæ onerosus & odiosus esse possit secessus, tibi quis facilè singat, non illum sibi esse necessarium, ut quem timerit laborem fugiat. Quia in re, vel aperta malitia est, sic secum dissimulare, ubi agitur salutis & perfectionis negotiorum; vel cœca sui, nec condonanda ignorantia, quasi adhuc nescias, nec videoas sic naturam depravatam dolis suis occultandis causas obtendere; & quidquid non vult, sic obvelare ut non appareat idcirco nolle illud, quia molestum est & laboriosum: sed quia non est necessarium, non opportunum, non tempestivum aut quid simile speciosum. O plenè omni dolo & omni fallacia non desinis subvertere vias Domini rectas? Eris cœcus & non videns solem. Sic Apostolus Elyma cuidam seductori; quod tu tibi applies, te ipsum seducenti.

Exod.

Ad. 11.

Apk.

Apk.

III. PUNCTUM.

NVlli ergo magis necessarium secedendum, quam qui minus necessarium sibi putat secessum; Nam cùm is cœca quadam sui laborete ignorantia, cui curandæ opportunitas est in primis secessus, profectò vel nulli est necessarius, vel isti cœco, qui cœcitatem suam si cognovit, cur non illuminari desideret? si autem non cognovit, nonne idcirco magis excitandus est ut lecedat & audiat admonentem, collyrio in-junge oculos tuos ut videoas.

Sic Christus Dominus, ut surdum & cœcum sanaret, removit eos scorfum à turba, ut expressè narrat sanctus Marcus, & apprehensio-mensis eum de turba scorfum, inquit de furdo, misit digitos suos in auricularia ejus. Tum vero pōlit de cœco: Et apprehensa manu cœci, eduxit cum extra vicum, & expulsis in oculos ejus, impositis manibus suis interrogavit eum si quid videret. Cur ita porro? car sic Christus illos scorfum retrahit? Eratne id necessarium sanadis illi? Non id æquè poterat cum essent in turba simul cum aliis, atque cùm inde extracti sunt? poterat sanare, nec absolute id necessarium Christo fuit: potest tamen diei hoc fuisse necessarium conditionatè, ut vocant, ex hypothesi scilicet quod non aliter eos sanare statuerit. Sic plane de secessu cogita, non esset quidem necessarius absolute, nec alia desunt Christo media quibus tuæ saluti & perfectioni consultat; sed cùm jam nobis tot signis indi-caverit

caverit hoc se singulare medio velle ut ad perianandos & renovandos animos, sicut tam necessarius dici potest talis secessus ex illa præsupposita dispositione divinae providentiae, quām necessaria dicuntur alia quædam media, certos ad fines, qui non alteri attin-guntur.

Nunquid, si naturam sacrificii spectes, erat necessarium Israelitis in Ægypto manentibus, ut inde secederent in desertum ad sacri-fandum Domino? Non erat omnino necessarium, sed quia tamen sic ordinatum à Deo erat, non poterant omnino sacrificare in Ægypto. Nec mysterio vacat quod Pharaoni reganti hunc secessum respondit Moyses:

Abominationes Ægyptiorum immolabimus Do-mino Deo nostro: quod si mañtar verimus ea que colunt Ægyptii coram eis, lapidibus nos obruent: Id est, arietes, vitulos, tauros sacrificare debemus, quos cùm Ægyptii colant tanquam Deos, abominatio ieu abominabile lcelus apud illos erit nostrum sacrificium, nec pati-entur nos jugulare coram ipsis quos colunt Deos; ac propterea nobis est secedendum. S: c omnino dicendum cogitanti conveisionem

aut renovationem animi; Sic proiisimmo-landæ sunt Domino abominationes mundi; id est, quæ mundus colendo reddit abomina-bilia, ut sunt honores, delitiae, divitiae, fastus & similia quæ coram mundo sacrificare. mundus crederet abominabile, nec quietè sine sacrificium hoc, religiosè persolvi. Quam-obrem disiungendi tantisper sumus; atque ex Ægypto seu mundana conversatione, si verè velimus egredi, parandum nobis in de-serto verum nostri sacrificium, sive ut illud ipsum identidem confirmemus & renovemus quod jam aliquando cœpimus: sive ut de novo aliquid inchoemus: discamusque ma-gno & volenti animo cum tribus pueris in fornace orantibus: In animo contrito & spiri-tu humiliatus suscipiamur, sicut in holocausto arictum & taurorum, & sicut in milibus agno-rum pinguium, si sicut sacrificium nostrum in compeditu tuo hodie, ut placeat tibi. Vel cum Da-vide: Cogitavi vias meas, & converti pedes Ps. 118.

Dan. 3.
Vide in 1. parte, die 14. Januarii, In 3. par-te, Feria 2. hebdomadæ 13. In 4. die sexta Octobris.

FERIA TERTIA. DE MODERANDA CVRA NOSTRI officii, ad exemplum Principis Apostolo- rum sancti Petri,

In diebus illis exurgens Petrus in medio fratum, dixit, &c. Actuum 1.

VERITAS PRACTICA.

Si internis externa sunt temperanda, ut neu-trum eorum importunè, & utrumque op-portunè sibi cedat.

RATIO EST. Quia sic internis externa sunt temperanda, ut nec ulli eorum præjudicium fiat, nec ulli virtuti.

Sed nisi temperamentum sic fieret, ut neutrum importunè vel utrumq; opportune sibi cedat: alterutri eorum præjudicium fieret & virtuti. Ergo sic internis externa sunt temperanda, ut neutrum eorum importunè, & utrumque op-portunè sibi cedat. Quod certè ad praxim est perutile.

Hayneusve Pars 2.

ERAT ut diximus turba hominum simul ferè centum viginti, quos inter præcipi-erant Apostoli, & inter Apostolos sanctus Petrus, qui cùm meminisset Scripturæ qua de funculo Iudeæ casu, deque alio in ejus locum sufficiendo prædixerat, sic locutus est omnibus: Viri fratres, oportet impleri Scriptu-ram, quam prædixit Spiritus sanctus per os Da-vid de iuda qui fuit Dux eorum, qui com-prehenderunt Iesum, qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est portem misterii hujus. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt om-

Z. 2

nra

nia viscera ejus. Et notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem, ita ut appellaretur agor ille lingua eorum Acedamach. hoc est ager sanguinis: Scilicet ipsum est enim in libro psalmorum, siat commoratio eorum deserta, & non sit qui inhabet in ea: Et Episcopatum ejus accipiat alter.

Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt con-

gregati, rest in Resurrectione ejus nobiscum fieri.

Sed haec postrema in sequentem diem, sat-
tis modò sit ex illo sermone, quem sanctus Petrus habuit ad omnes fideles congregatos, agnoscere singularēm ejus sollicitudinem & curam verē pastoralem, quae est exemplar illius quam unumquemque pars est in mu-
nere rite administrando profiteri. Vide & admirare quod neque p̄cepit fuerit, neque tardus; non statim ut fuerunt congregati, locutus est sanctus Apostolus, sed aliquid di-
es posuit in recollectione & oratione; neque verē etiam recollectioni tantum indulxit, quin illo ipso tempore de negotio tam utili-
cum aliis ageret, pro ratione sui officii: sicq;
utrumque sapientissime temperavit & mode-
ratus est, ut neque nimia eum solicitude ex-
teriorum ab interna recollectione impidiret;
neque nimis continuata collectio ab officio ministerio retardarer.

O verē dignum Pastorem oviū, qui non modò suos regeret & pasceret, sed quomodo etiam sic unusquisque deinceps sui curam of-
ficii gereret, edocuit verbo & facto. Quod ut amplius extendatur & uberior ad proxim revocetur, sic intelligendum est, quod dicitur de officio seu ministerio proprio, ut externa quævis opera sive ad illud spectantia sive ad-
quidvis aliud, pari sensu & nomine compræ-
hendantur: sive internis seu spiritualibus ex-
ercitiis externa quævis alia temperentur, & ita
inter se convenient, ut neutrum eorum importu-
ne, & utrumque opportunè sibi cedat.

Ratio est universalis, & ad plura se profes-
rens documenta, si diligenter expendatur, nā quando agitur de his temperandis, quæ cum sint inter se diversa, temperari debent ut simili
conveniant, sic universum loquendo, tem-
peramentum eorum debet fieri, ut neutri parti-
aut ulli virtuti fiat præjudicium. Quale enim
est temperamentum, si plus uni daretur quā
alteri, contra rationem & virtutem? Quid
est temperamentum rei cuiuslibet nisi modus
& moderatio inter extrema diversa, seu inter
excessum aut defectum, quibus res illa cor-

tumperetur, nisi tali modo temperaretur? Ac
verō cujus est talem modum adhibere nisi
virtutis? aut quomodo concipi poter-
it modus sine virtute aut virtus sine mo-
do?

Sic præclarè sanctus Bernardus discurrens per ipsas quatuor virtutes morales seu cardinales, Quid tam justitia quam modus, inquit, alioquin si quid extra modum reliquit, non plane cuique tribuit quod suum est, quod tamen suum ipius est facere. Quid tam rurum temperantia, que non aliunde profecta temperantia est nisi quod nō inmoderatum admittit? Sed puto satere non minus esse fortitudinis cum vel maximè ipsa sit, que ab irruentibus virtutis & quasi hinc inde suffocare consonantibus, purum illud potenter eruit, & vindicat in quoddam stabile fundamen-
tum boni: sedemque virtutis. Est autem pruden-
tia qua modum diu animi neglegit, posthabitum & virtutum invidia quasi in abdito reclusum & cooperit, quadam virtutatis caligine prior re-
perie & advertit: propterea dico tibi à paucis ad-
vertitur, quia paucorum prudentia est. Itaq;
justitia quarit, prudētia invenit, vindicat for-
titudi, temperantia possidet.

Ex quo sancti Patis discursu, manifestè
pater, quod sicut virtutis est modum & tem-
peramentum adhibere, ita nullus erit modus
nullumve temperamentum, si vel unius virtutis
præjudicetur: quantum minus si pluribus?

II. P U N C T U M.

SED nisi temperamentū internorum atq; ex-
ternorum sic fieret, ut neutrū importunè, &
utrumque opportunitè sibi cedat, alterutri eorum
præjudicium fieret & virtutis.

Tria sunt distinctè hic explananda. Pri-
mū, quid sit opportunè vel importunè a-
liquid fieri. Nempe illud est opportunè quod
sit suo tempore, suo loco & modo, servatisq;
aliis circumstantiis, sicut ait Sapiens: Tempus
& responsum cor sapientis intelligit: omni ne-
gotio tempus est & opportunitas. Importunū
est contra est, quod sit extra tempus vel locum
vel indebito modo, ut musica in luctu, impor-
tuna narratio, inquit Ecclesiasticus, itemque:
Ex ore satui reprobabitur parabola: non enim di-
cit illam in tempore suo.

Secundū inde explicandum est, tunc in-
terna & externa cedens importunē, quando
alterutri eorum exercendi perverteretur
tempus.

tempus vel modus, sine gravi & urgenti causa: quando scilicet vacandum orationi, si tūm vacares studiis literarum vel extero cuivis operi: vel contrā, quando ex officio tibi forte incumbēt negotiari aliquid; turelio negotio velles orare aut studere. Hoc est i. Cor. 13. perperam agere, quod vera nescit charitas. Cederent verō sibi opportunē, si tantum uni cedat aliud, quantum utriusque exigit necessitas sive opportunitas & convenientia. Da lo- Euseb. 19. cum timori Altissimi. Sic enim ipse ordinat.

Tertium hinc denique deducendum est, quod nisi tale esset internorum & externorum temperamentum ut neutrum importunē, & utrumque sibi opportunē cederet, praejudicium alterutri afferre & virtuti. Nam eadem planē est utrorumque ratio, atque ex iis, quæ sunt aperta & manifesta, licebit alia minus fortē nota coguoscere. Nonne si importunē oratio cederet studio, tunc praejudicium fieret orationi? At verō si cum est opportunum studendi litteris tempus, si non cederet oratio studiis literarum, nonne etiam praejudicium fieret studiis & literis? Percurre porro quatuor illas virtutes, quarum est modum & temperamentum afferre rebus, & vide nūm ex aequo violentur, vel quando unū alteri cedit importunē, vel quando non cedit opportunē? Prudentia certè lēdit in importuno studi tempore, quia prudentis est obseruare tempus. Justitia violatur, quia quod erat debitum orationi vel alteri negotio detrahitur, & injuste studio conceditur. Tēperantia corrumpit quia plus datur appetitu quam ratio postuler. Fortitudo denique enervatur, quia non resistit naturæ depravata, qua se importunē atq; inordinatē proicit in opus alienum.

Jam verō sit opportunum studi tempus, sit commoda negoti conficiendi opportunitas, & cuivis operi sua vacandi hora: nonne si tum oratio non cederet aut qualibet mentalis exercitatio, non minus laetetur Prudētia, quia non servaret debitum tempus: non minus violaretur Justitia, quia non redderet quod cujus suum est; non minus deniq; Tēperantia & Fortitudo corrumperentur, quia plus cederent, aut non quantum est satis, resisterent appetitui, quem ratio non misus regere debet, ut id fiat quod opportunitas exigit fieri, quā ne id fiat quod fieret importunē. Euseb. 3.

O quam pavendē Sapiens, qui postquam

unicuique rei suum esse tempus ostendit, miram hanc adiicit sententiam: *In sum & impiūm judicabit Deus, & TEMPUS OMNIS REI TUNC ERIT.* Id est, tunc apparebit quantum momenti esset possum in cuiusq; rei servando tempore, quia hinc justus & impius judicabuntur, prout terum tempus observarint.

III. P U N C T U M.

SIC internis igitur externa sunt temperanda. *ut neutrum eorum importunē, & utrumque opportunē sibi cedat;* quia fieret alioquin alterutri praejudicium & virtuti; sicut nullum esset temperamentum, sicut nullus est modus aut moderatio sine virtute, quemadmodum nulla est etiam virtus nisi suo modo tēpereret inter extrema: undetoties in scripturis illud commendatum: *Non declines ad dexteram neque ad sinistram.* Quod lane graviter his urget verbis Apostolus: *Testor coram Deo & Christo Iesu, & electis Angelis, ut hac custodias sine praejudicio, nihil faciens in alteram partem declinando.*

Sic aptē sanctus Gregorius: *Pleni superna L. 18. Mor sapientia discernunt qualiter debeant & ad ali- c. 25.* quid vacare intrinsecus, & ad aliquid extrinsecus occupari; ut si forte occulta Dei ordinatione aliquid eis non appetentibus de hujus saeculi curia imponitur, cedant Deo quem diligunt, & pra a- more ejus intrinsecus solam illius desiderant vi- sionem: pra timore verō ejus, impositam sibi in- trinsecus humiliter expleant actionem, ut & va- care Deo appetentes ex gratia dilectionis, & rur- sum curas superimposatas ex conditione expleant servitutis. Et paucis interjectis sic pergit: *In- trant ad cor suum, & ibi conculunt, quid velit occulta voluntas Dei, seque subditos debere esse summis ordinationibus cognoscentes, humiliant cervicem cordis, iugo Divina dispensationis.* Itemq; in illud Canticorum: *Pone me ut sig- naculum super cor, ut signaculum super brachiū tuum, dilectam animam invitari ait, ut in exteriori actione aequa ac in meditatione pro signo habeat & ferat Christum suum.*

Sic fuscē sanctus Bernardus, in illud etiam Serm. 49. Canticorum: *ordinavit in me charitatem, QVOD veritas indicat praeponendum, id charitus amplectendum, ordo postulat Charitatis. Oran- tem hominem cum Deo loqui quis dubitet? Quo- Ser. 50. ties tamen inde Charitate jubente abducimur & avellimur propter eos, qui nostra indi-*

Z 2 genit

genti opera & loquela? quoties p̄t cedit negotiorum tumultibus p̄ia quies? quoties bona conscientia ponitur codex, ut opere manus infudetur? quoties pro administrandis terrenis iustissime ipsi sedemus celebrandis missarum solemnis?

Serm. 51.

Tum de le particularim, Patiente a vobis ab infecunda Rachelis amplexis, ut de Lita mihi exuberent fructus profectum vestrorum: orare, legere, scribere, meditari & si quis sunt alia spiritualis studii lucra, hac arbitratus sum properter vos detrimenta.

O quanti est meriti Caritas recte ordinata, cuius opera sit ut opus externum quantumvis humile & temporale plurimum valeat: & cuius defectu sit, ut opus internum quatumvis sublimis & spirituale nihil prosit.

Vide in 4. parte, Feria 4. hebdomadae 18. Ubi haec exhibetur Veritas:

Sic est omni negotio tempus & opportunitas, ut nisi ad sit tempus & opportunitas, vix ullum fiat negotium.

FERIA QVARTA.

DE PERFECTA OBEDIENTIA QVAM

*Cateri omnes congregati, sancto Petro praesiterunt.
Et de nostra reddenda Superioribus.*

Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore quo intravit & exivit inter nos Dominus Iesus, testem Resurrectionis eius nobiscum sieri, unum ex ipsis. A Et. I.

VERITAS PRACTICA.

Qui rationes inquirit obedientiae, rationem querit sua inobedientiae.

RATIO EST. Quia qui rationes inquirit obedientie, vix obedit nisi videat rationes. Sed qui vix obedit nisi videat rationes obedientiae, rationem sua inobedientiae querit. Ergo & qui rationes inquirit obedientiae, rationem querit sua inobedientiae, quod certe est perniciossimum.

I. PUNCTUM.

AD MIRATIONE planè dignum est, nullum unum in tanta Congregatorum turba existisse, qui sancto Petro proponenti hanc electionem restiterit, aut ullo modo contradixerit! Quam multi vero multa poterant illi objicere! Nempe ne verbum quidem hac de re à Christo Domino esse factum, tametsi sepius illis post resurrectionem suam apparuit & de Regno Dei, sive de ordinacione

nanda Ecclesia differuit: quæ vero ipse Dominus reliquit Apostolis disponenda, non nisi post acceptum Spiritum sanctum disponenda videtur reliuisse, cum aperte de illo dixerit, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis Iohann. 4. omnia. Cur ergo non illum expectat Petrus? cur in re tanti momenti festinat? cum non expectat aliquot dies quibus ille venturus est, a quo debent erudiri de omnibus! an ita certus est Petrus de psalmi citati intelligentia, ut de plano eius sensu dubitari non possit? Nonne haec & similia poterant Apostoli sancto Petro referre & objicere, ne quid de hoc negotio concluderetur? Et tamen nullus contra obicitur, nullus ne verbum quidem opponit; sed omnes intellectu & voluntate subiecti, hoc unum volunt quod aequum bonum Superiori videntur est S. Petro.

Sic nempe parendum erat; sic parandum erat aditus divino Spiritui per insignem obedientiam, quæ ut esset insignior, sic subjiciendus erat intellectus, nullas ut prorsus inquirent rationes cur sic præcipiteretur, vel cur sic obedirent. Nam qui rationes inquirit obedientiae, rationem

rationem quarit sua inobedientia. Qua certe
Veritas si bene intelligatur, multum valere
potest ad imitandam illam perfectam Apo-
stolorum obedientiam. Ut autem melius in-
telligatur, sic videtur ratiotinandum. Qui
rationes inquirit obedientia, sic paratum se
exhibet ad obediendum, ut vix paratus sit
obedire nisi reddantur rationes quas inqui-
rit, cur id fiat quod jubetur, vel cur id sibi ju-
beatur, licet enim forte obedire, etiam si rationes
non redderentur, non obedire tamen
ex motivo quod vocant formali obedientia,
sed vel motu naturali vel politica considera-
tione, vel humano aliquo affectu, quo qui-
tantum agitur non facit actum christiana
obedientia, qua cum divina gratia debet su-
pera naturam evehiri, sicut expressè monet A-
postolus: servi obeditis Dominis carnibus, cum
timore & tremore in simplicitate cordis vestri si-
cui Christo, non ad oculum servientes, quasi ho-
minibus placentes, sed ut servi Christi, facientes
voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate
servientes, sicut Domino, & non hominibus,
scientes quoniam unusquisque quocunque fecerit
bonum, hoc recipiet a Domino, sive servus, si-
ve liber.

Hæc sunt videlicet motiva supernaturalia
quibus moveri debet Christianus & Religio-
sus, ut Christianus & Religiosus agat, & quibus
non viderit permovendum eum qui ratio-
nes inquirit obedientia. Nam cum rationes
illæ, quas inquirit, merè humanae sint: vel
reddentur, vel non reddentur; si reddantur,
propter illas tantum obediens, & sic humano
tantum motivo movebitur: vel si non red-
dantur, dolebit se obediens, murmurabit obe-
diendo, nec nisi valde oscitanter obediens,
quod certe non est obediens Christianus. Nam
si Christo sic obediens, purarene re obediens!
at debes obediens Superiori sicut Christo, aut
si non obediens ut Christo, non obediens ut Chri-
stianus. Subjecti estore omni humana Creatura
propter Deum: sive Regi quasi præcellentis: sive
ducibus tanquam ab eo missis. QVOD CVNQVE
facitis, ex animo operamini sicut Domino, & non
hominibus, scientes quod a Domino accipietis re-
tributionem hereditatis. Domino Christo servi-
ze. Quid expressius?

II. PUNCTUM.

SED qui sic obedit, ut, nisi videat rationes sua
obedientia, rationes sua inobedientia querit.

Quando hoc unum esset malum in eo qui
rationes inquirit obedientia quod non obe-
diat, etiam si videatur obediens, satis grande es-
set malum; & satis potens consideratio ad illud
evitandum; sed malum malo additur & qui-
dem multiplex. Primum quidem rationes dis-
cutiet, & quam volet approbabit vel impro-
babit. Deinde improbando rationem, simul
de superiori judicabit & detrahent, quod quām
damnosum sit nō ita pridem supra satis aper-
te est demonstratum, ubi de peccato ariolan-
di actum est. Deinde quod extremum est ma-
litiae, quando non obediens vel cū imperfe-
cte tantum & ad oculum obediens, causas præ-
tendit sua inobedientia, vel sua ficta & si-
mulata inobedientia. Hoc enim ipso quod non
probabat rationes obedientia, putat se habere
rationes inobedientia. Nam cum sibi persua-
sum & statutum habeat non esse obediens
nisi vila ratione, sicut quando rationem non
videbit tunc non obediens, sic cum non obe-
diens, rationem se habere dicet non obediens;
nempe vel quod nullam videat obediendi ra-
tionem, vel quod videat oppositam aliquam,
ut sibi fingit. Tam facile est etenim fingere si-
bi rationem, cur nō obediens quām improbare
rationem quare obediens. Qui porto non nisi
visis rationibus obediunt, tam faciles sunt in
improbando rationibus, quām proclive &
naturale est unicuique, suo abundare in sen-
su, quando præcipue depravata est voluntas,
qua corrumptus judiciū & rationem everit.

V& illis quia in contradictione Core perierunt, Iudas.

inquit unus apostolus. Hæc est videlicet ejus
contradiccio contra Moysen, cū sibi ratio-
nem finxit non obediendi; quod tam grave

Num. 16-

scelus fuit, ut, quoquot hujus contradictionis
& inobedientia fuerint particeps, vivi &
spiritantes in infernum, terra dehincenre desce-
derint: Quod dicit graviter describit sanctus
Ambrosius: Immugens terra in medio plebis
seinditur, aperitur in profundum sinus, abripinn-
tur noxi, & ita ab omnibus mundihius able-
gantur elementis, ut nec aerem habet, nec cœ-
lum visu, nec mare tantu, nec terram contami-
narent sepulchro. Sartine tibi hoc pœna est, ad
scimen indicandum?

Z. 3

III. PUN-

III. PUNOTUM.

SIC igitur, qui rationes inquirit obedientia, rationem querit sua imobedientia; nec paucum grave crimen incurrit, quale est prætendere causam suo peccato, & quasi velle peccare cum causa; aut velle causam fingere, cur non peccetur, non obediendo ut peccetur liberius.

Iij. 30.

Gen. 3.

In Ps. 70.

CVR præcepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno paradysi? Audire primum serpentis sibilum quo primos nostros parentes est aggressus, in inquirenda scilicet ratione, cur præcepisset Deus ne comederent de fructu verito? Noverat enim Serpens callidus quod statim atque induxisset hominem ad inquirendam causam præcepti, tum facile eum avocaret ab obedientia, quia non videndo rationem, cur non comederet, putaret se habere rationem comedendi; sic enim, ut ait S.

Augustinus, dum circa rationem præcepti & obedientie secum meditabatur, dicere poterat, si bona est arbor, quare non tango, si mala est quid facit in paradyso; & hinc fortasse perit, ut viideas quam sit caenda talis inquisicio.

Rectissime autem idem sanctus Augustinus ibidem observat, in eo vel maximè possum fuisse primum illud præceptum & meritorum obedientis, ut ignorata causa, nec inquisita ratione præcepti. Simpliciter obediens, quia jubebatur, quia Dominus erat qui jubebat, & servus homo cui jubebat: hec tota causa quia servus est homo. Quia si parva videtur esse causa, dignaritis esse Dei servus. Vellesne hoc dedignari? An te pudet esse Dei servum? an te pudet ei obediere quia ille tuus est Dominus, tu eius servus? Cave ergo ne inquiras rationes obedientiae, nam sic aliud quereres ut obediens quam quod ille est Dominus, & tu servus. Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto. Hoc est unum, quod maxime diligit in obedientia nempe subiectum iudicium: hoc est quod holocaustum facit vel rapinam in holocausto, prout datur vel negatur iudicium, id est, prout rationes præcepti non quadruntur vel quadruntur. O quam frequens & crebra est in hoc holocausto rapina!

Vide in 1. parte, Feria 5. hebdom. in Adventu, In 3. parte, de vero obedientiae. In 4. Feria 4. hebdom. 15. Ubi habetur haec Veritas:

Nihil est in abnegatione rationabilius, quam quod in illa videtur minus rationabile;

FERIA QVINTA.

DE UNANIMI CONSENSU DISCIPULORUM in electione duodecimi Apostoli: Et de nostro similiter Procurando.

Et statuerunt duos, Ioseph qui vocatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam, Act. 1.

VERITAS PRACTICA.

Qui sensu suo privato, sano rem se aliis putat, sano se privat sensu.

RATIO est, quia sano se privat sensu, qui sic de rebus sentit & judicat, ut soli proprio fidat iudicio.

Sed qui sensu suo privato sano rem se aliis putat, sic de rebus sentit & judicat, ut soli proprio fidat iudicio.

Ergo is sano se privat sensu. Et dum se solum bene sentientem putat, solus est qui non sentiat malum suum, quod certè est deplorandum.

I. PUN.



I. PUNCTUM.

CONSIDERANT quā faciēs essent Apostoli, etiam p̄sente Domino, ad contentiones & x̄mulationes, mirum omnī d̄ videri poterit, quām sint modō inter se & cum aliis congregatis unanimes & idipsum sentientes. En̄ duo tantum ex turba cētum viginti hominū, statuantur, quorū unus eligatur in duodecimum Apostolum; & nullus contra pro se vel pro alio contendit, nullus refragatur, nullus ne verbum contra obicit; sed omnes tam unanimi cōfensus cōveniunt in unum atque idem, ut jam de illis diei possit quod p̄feta scriptum est, mālitudinis credentium erat cor unum & anima una. O quām evidenter apparebat inter eos ille es̄ qui habitare facit unius moris in domo! Iam perfectō tentiebant quod oraverat Christus Dominus, ut omnes unum essent sicut pater in filio, & filius in patre. Sic denique aptius disponendi erant ad ampliorem spiritus sancti receptionem, ut de his canit Ecclesia, invenit eos concordes Charitate, & colligatur eos in iūdans gratia Deitatis. Sicut enim anima non infunditur in corpus nisi organis omib⁹ apte dispositis; sic planè spiritus sanctus dum ex pluribus unum mysticum corpus facit quod inhabitet, requirit omnes inter se apte cohaerentes; & quod facilior ad communem erit cōfensus, et facilius quanta voler infundere donorum Author, & recipies & conservabis.

Quia verò unusquisque suo in privato sensu sic abūdat & acquiescit, ut sibi semper melius sentire quam ali⁹ videatur: idcirco tibi est diligenter attendendum, ut quantū unicuique noceat suus privatus sensus, probè intelligas. Neque verò melius intelliges quām ex hac proposita veritate: Qui privatō suo sensu saniorem se alii putat, sano se privat sensu. Quod quidem nō potest etiam efficacius declarari, quam explicādo quid sit sensus sensus, quid sit sanus de rebus sc̄ire & judicare. Nempe hoc est, sic uniuscūjusque rei vel negotiū naturam & proprietates investigare, ut in his dignoscendis non soli proprio fidas judicio. Nam cū tanta sit in homine, rerum ignorātia, & tanta judiciorum de rebus diversitas, ut quot sunt capita, tot sint diversi sensus; quis sanæ mentis audebit in illa judiciorū & sen-

suū diversitate, sic sibi fidere in judicando, ut sibi soli velit fidere? Nonne hoc est quod scriptura toties monet: Ne imitaris prudētia tua: ne sis sapiens apud temetip̄um. V. & qui Prov. 3. sapientes eis in oculis vestris. QVI cōfudit in cor I. 5. de suo, sicut tu es. SALVS ubi multa cōsilia VI. A Pr. 2. 8. sulti recta in oculis eius, qui autem Sapientia est, audiat cōsilia VIDISTI hominem sapientem sibi videri: magis illo spem habebit inspicere. Nam ut alibi iam dictum est, taltem in sapientia, qui se tales agnoscit, sibi diffidit & cavit; sed sapiens qui sibi videtur ita sapiens, ut non putet egere alterius consilio, sua se perdit sapientia: atque ut optimē ait sanctus Bernardus: Illi omnia defunt qui nihil sibi deesse putat.

Quod & de se Salomon sic apte expressit; dixi, sapiens officiar, & ipsa longus recessit à me. multò magis quam erat. & alta profunditas, quis inveniet eam? Quasi diceret, nō est unius privati hominis sic posse sapienter de rebus judicare, ut suo soli fidat judicio: nimis alta rerū profunditas, ut eas unus investigare possit: & quo proprius se accedere ad intimam rerū notionem crederet: eō ipsa rerum notio longius ab illo recederet. Unde evidenter patet quod sanus ille sit sensus qui sic de rebus sentit & judicat, ut soli suo non fidat judicio. Atque ita ex consequenti qui sic suo fidit ingenio, ut non aliter de rebus sentiat quām ut ipse solus sentit & judicat, sano se hoc privat sensus. neque aliud nihil restat nisi ut insanus aut insensatus dicatur. Nos insensati!

Sap. 5.

II. PUNCTUM.

SED qui suo privato sensu saniorem se alii putat, sic de rebus sentit & judicat, ut soli proprio fidat judicio.

In hoc enim est privatus sensus, ut nihil cōmune cum aliis habeat, diciturque proprium judicium & cōsillum, de quo sic egregiè & apte ad rem nostram sanctus Bernardus: Lepra Sermon. 3. in propriis cōsiliis eo perniciōsor quo magis occulta: Resurr. & quanto plus abundat, tanto sibi quisque sanior Dom. esse videtur. Hac illorum est qui Zelum Dei habent, sed non secundum scientiam, sequentes errorērem suum, & obstinati in eo ita ut nullis peccant cōsiliis acquiscere. His sunt unitatis divitiores, inimici pacis, Charitatis expertes, venitiae trahentes, placentes sibi, & magni in oculis suis, ignorantes Dei iustitiam, & suam voluntates constitutere. Et qua major superbia quam ut unus ho-

nus

motu congregati*on* iudicium suum preferat, tanquam ipse solus habeat Spiritum Dei!

Quod sancti Patris dicta sufficiunt quidem ad iudicandum quis sit privatus sensus, & quis in genere sic sentiat: sed te in particulari fortassis, minus inde talem esse cognoscet, quasi non sentias tot mala quae enumerat. At verò hoc unū attende quod refert unde alia possit timere, nempe occultum hoc esse malum, & cōmagis damna sum quo est magis occultum.

III. PUNCTUM.

q. 523. *Iij. 1.* *Q*uisquis igitur sensu suo privato saniorem se alius putat, sano se privat sensu, qui vel in eo maxime agnoscitur esse sanus, si quis de rebus ita sentit & iudicat, ut non soli suo fidat iudicio: Aut è contra si quis sic sentiat, ut sibi soli credat & confidat, tam verè sano se ille privat sensu, quā verè privatus est eius sensus. Quod quām sit damnosum & cavendum, praterquam quod jam satis visum est, tum verò amplius dīcē ex sanctis Patribus, quos inter sanctos Basilius in illud Iājā: *Et restituimus Consilios tuos sicut antiquitus: SACRA, inquit quadam res est consilium, voluntatis unio, fructus dilectionis, humilitatis insigne. E diverso intolerabile est superbie argumentum, existimare senilium egeri consilio, sed sibi uni attentum esse, quasi solus possit sibi consilio decernere qua optima sunt. Et in regulis brevioribus, non estratione consonum, si quis in omnibus, suo stare velit iudicio: nec periculo aut contumacia suspicione caret, in congregazione multorum, nolle majoris partis sententia acquiescere.* Sanctus item Am-

brosius, Negligere bonorum iudicia, vel arrogatio, vel dissolutionis est: quorum alterum superbia adscribitur, alterum negligentia. Integrā hac de re Cassianus collationem habet, ubi hæc inter alia latet quidem vulgata, sed nunquam satis perspensa: *Nullo alio vitio tam præcipitem Diabolus monachum pertrahit ac perducit ad mortem, quam cum negligens conflitus seniorum, suo iudicio persuaserit definitionique confidere. Sanctus quoque Dorotheus: Cum Serm. 19. subiecti simus multis passionibus, pravisque affectibus, nostro iudicio non debemus omnino fidere: quando enim norma vel regula curva est & inflexa, nunquam quod secundum eam dirigitur, rectum efficitur sed distortum. Sanctus vero Bernardus hoc de le proferetur: Amor privatus auferit mihi verum iudicium: Idcirco parum mihi credo de meipso ut potest homini mendaci, timens interdilectus si meipsum iudico, mentiatur iniquitas sibi. molitas Author deniq; libri de Imitatione Iesu: Quis est ita sapiens qui omnia scire plenè potest, ergo noli nimis in sensu tuo confidere: si bonum est tuum sentire, & hoc ipsum propter Deum dimittis & alium sequeris, magis inde proficies.*

Iam verò tu homo privati sensus & consilii quid sentis de sensu horum Patrum: Recte ne illi contra tuum privatum sensum? Malde tu ergo contra illos hunc retinebis: neque deinceps, tantum communī aliorum hominum sensui repugnabis, sed ipsis sanctis patribus, ipsi sacræ scripturæ, ipsi denique Christo, qui *Matt. 18. 15.* ubi plures essent congregati, promisit in corum affuturum medio, non ubi solus es.

Vide supra in haec parte, Sabbato Septuagesimæ.

FERIA SEXTA. DE FERVENTI ORATIONE DISCIPVLORVM: Et de nostra consimili, ad petendum lumen in dubiis.

Et orantes dixerunt, Tu Domine quicorda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus, unum. Act. 1.

VERITAS PRACTICA.

Erranti in dubiis & non oranti, nulla est erroris excusatio.

RATIO est, quia tota excusatio cum peti posset vel ab ignorantia vel ab aliqua rei difficultate. Sed non orantis Deum in dubiis, nulla est ignorantia vel difficultatis excusatio.

Erge

Ergo neque erroris rum commissi. Quod pauci tam
men advertunt, licet sint multi qui errant.

I. PUNCTUM.

IAM suprà visum est, ex quo tempore simul congregati fuerant Discipuli, expectantes Spiritum sanctum, omnes unanimiter in oratione perseverasse. Nunc vero considerari potest attentius, triplex eorum orationis genus. Primo quidem universum orabant variis illis modis qui ab Apostolo describuntur dum ait: Impletini spiritu sancto loquentes vobis metipsis in psalmis, & hymnis, & canitis spiritualibus, cantantes in cordibus vestris Domino, & gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi Deo & Patri. Et rursum; Obscurio, inquit, primum omnium fieri observationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.

Deinde vero habebant diutius in uno ex his orandi modis, postulantes ardenter animi adventum Spiritus sancti, quem quidem non ignorabant venturum ex promissione Domini, sed cum nescirent tempus, illud urgebant vehementius sicut antiqui Patres adventum Christi: atque eorum precibus forte est acceleratus Spiritus ille Divinus, qui se idcirco vult expectari & orari ut se abundantius communicet. O quae illorum desideria! quae suspiria!

Denique, si quid interea presentius & particularius occurreret de quo dubitarent & ad quod perficiendum, opus esset divino lumine, tum illud unanimiter obsecrabant, ut patet in hac electione duodecimi Apostoli pro quo orantes dixerunt, Tu Domine qui corda nostrorum omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum ministerii huius & apostolatus de quo prævaricatus est Iudas, ut aliret in locum suum. Et dederunt sortes eis, & cecidit sortes super Matthiam, & annumeratus est eum undecim Apostolis. Qua de re in ipsius sancti Matthei festo dictum est fuisse. Nunc vero expende accurate, quam sit necessarium sic orare in dubiis & difficultatibus, cum alioquin ut haber proposita veritas. Errantis & non orantis, nulla sit erroris excusatio.

Ratio est apertissima, quod si quae tamen praetendi potest excusatio, maximè videatur peti ab ignorantia & summa quadam rei difficultate; nam quandoquidem ut supponitur, res

Hayne fve Pars 2.

est ita dubia ut in illa erres, & ita difficultas ut eam non conficias, quid est aliud quod ab errore vel ab omissione te excusat nisi rei ignorantia vel difficultas? si enim res plana esset & facilis, aut non errares aut te ab errore non excusares. Si non venissem, inquit Dominus, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Quasi diceret, quæ duo poterant illos excusare, ignorantia & difficultas, per me sublata sunt, nempe ignorantia per doctrinam, & difficultas per gratiam; atque ideo nihil illis supervestit, quod excusat. Sic & Apostolus, propter Rom. 2., quod inexcusabilis est homo omnis qui iudicas, in quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas, eadem enim agis que iudicas. Id est, ostendis te non ignorare mala quæ tu facis, cum illa ipsa iudices & condemnes in aliis, ac proinde inexcusabilis es sicut qui sciens & volens facit malum. An putas istum excusari qui scienter peccet? Sive ergo putas excusatum, inde est quia peccas ignorantiter.

II. PUNCTUM.

SED non orantis in dubiis nulla est talis ignorantia nec ullius difficultatis excusatio.

Nam cum orando impetrare potuisset Spiritum sanctum, qui lumen in dubiis & robur in difficultatibus impetrasset, profecto quantumque ignores id in quo erras, aut quantumque labores in agendo: nulla est excusatio ignorantie vel difficultatis. Tum enim est voluntaria & affectata quodammodo ignorantia & difficultas, cum sine ullo negotio utramque pervincere potuisses. Deum non invocaverunt, illuc trepidaverunt timore ubi non erat timor. Quid enim difficultatis in orando? An vero ignoras tibi esse orandum Deum maximum in dubiis & difficultatibus, aut quomodo sit tamen orandum? Audi Davidem: Invenit Reg. 7. servus tuus cor suum ut oraret te, Id est, invenit in corde quid orarer. Hic etiam aptè quod sanctus Augustinus: Deus impossibilia non iuber, sed iubendo monet & facere quod possum & petere iura & quod non possis. & adiuvat ut possis. Quam facili autem petendo obtineatur Spiritus sanctus. Etus, vel ex his Christi Domini verbis collige: Si vos, inquit, cum sis malis, nos sis bona data dare filii vestris: quam magis Pater vester de Cœlo dabit Spiritum bonum petentibus se? O qualis promissio tanti boni! O quanta est orationis potestas,

Aaa

potestas,



potes^{tas}, quæ illud prōmetur! Sed ò qualis
quantaque vēcordia non orantis tale bonum,
quod est oranti promissum!

III. P U N C T U M.

ERGO erranti in dubiis & non oranti, nulla est
erroris excusatio. Nam cum erroris excusa-
tio vel ab ignorantia vel à difficultate peti-
posset, nulla autem, si orantes, ignorantia vel
difficultas superflūs sunt, quid restat quod ex-
cuses? At verò multa sunt quæ te accusent,
nempe orandi & impetrandi facilitas: erro-
rum gravitas & multitudine quæ orationis de-
fectu proveniunt; orationis cōtinua & nun-
quam cessantis stories repetita in Scripturis
commendatio; Sanctorum Patrum exempla

& consilia; motus interni Spiritus sancti; alias
que innumera quæ te negligenter vel mali-
tiae tam aperte acculant, ut nihil restet quam
deplorare præterita, & in futurum seriō per-
spicere, quod ait Sapiens: *In omnibus deprecare Ecclesias*.
Altissimum ut dirigas in veritate viam tuam.
Et quod Apostolus: *In omni oratione & obse- Phil. 4.*
cratione, cum gratiarum actione, petitiones ve-
stra & innocentia apud Deum.

Vide hic etiam libri 3. de Imitatione Chri-
sti caput tricesimum octavum; ubi de Moysē
semper recurrente ad oraculum & ad oratio-
nem, & de Josue decepto à Gabaonitis quod
eo non recurreret.

Quæ plura verò de oratione desideres, ha-
bentur suprà, Dominica 5. post Pascha, & se-
quenti Feria Rogationum.

S A B B A T O.

IN VIGILIA PENTECOSTES.

DE PERFECTA DISCIPVLORVM,

*Et nostra Resignatione ad recipiendum
Spiritum sanctum.*

Et cùm complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco. Act. 2.

VERITAS PRACTICA.

I. P U N C T U M.

Nemo parator ad omnia Dei dona recipien-
da, quām qui ad nulla sibi danda & quē pa-
ratus est.

RATIO EST. Quia nemo parator ad omnia
Dei dona recipienda, quām qui donantis vo-
luntatem spēdat potius quam donum eius, aut
suum commodum.

Bed qui ad nulla sibi danda dona & quē paratus est
nique ad omnia recipienda, spēdat potius vo-
luntatem donantis quam ipsius donum, aut
suum commodum.

Ergo nemo parator ad omnia Dei dona recipien-
da, quām qui ad nulla sibi danda & quē para-
tus est: & qui posse perinde dicere ut recipiat
vel non recipiat: paratum cor meum Deus:
paratum cor meum:

CUM nescirent Discipuli, quo præcisè
die quāvè hora Spiritus sanctus descen-
deret, sic eum expectabant omni hora,
ut & quē essent parati ad eum jam jā recipien-
dum si adveniret, ac diutius expectandum
si adventum retardaret. Iam pendecim
in illa suspensione animi fluxerant dies, &
nullus eorum conqueritur, nullus se domo
submovet, ac ne quidem cubiculo ubi cōgre-
gari erant: sed omnes pariter sive unanimiter
consistunt in eodem loco, in eadem mente, in
eadem positione corporis & animi, quam de-
cebat eos, qui toti pēdebant à nūtu & volun-
tate Dei. Non antevertunt tempus egrediendi.
foras sicut Saul; non definiunt dies expectan-
ti divini auxilii sicut Betulitas; nec velut pa-
rente Tobiae junioris nimiam filii deplorant
morā; sed hoc unum agunt, hoc unum co-
gitant, ut nihil agant aut cogitent nisi quod
purè

Luc. 12. purè velit Deus. Sunt vigiles illi servi quos Dominus ita descriperat, ut succincti lumbos, & lucernas in manu tenentes, expectarent de no[n]steDominum suum ut, quando veniret & pulsaret, confessim illi aperirent.

Hæc erat proxima eorum dispositio in perfecta quam vocant Resignatione animi: & hæc erat perfecta eorum resignatio, sic æquali mentis statu consistere, ut vel expectarent diutius, vel recipereant quantumcuyus Spiritum sanctum, prout veller aut nolle scilicet communicare. Sic proinde nos ad eorum exemplum, sic ad utrumque semper parati simus, ut nunquam magis velimus quod velit Deus, quam nolimus quod nolit. Quidquid aliud paraveris, *Nemo paratior ad omnia Dei dona recipienda, quam qui ad nulla sibi danda aquæ paratus est.*

Ratio quæ assertur continet documentum vitæ spiritualis eximii, quod spectat ad perfectionem resignationis, quæ est proxima Deo bene juvante, dispositio ad omnia Dei dona recipienda: nempe ut spectemus magis Deum donantem, quam ejus dona. Hoc enim non modò est nobilius & excellentius, sed magis intimum, &c, ut vocant, essentiale ipsi resignationi sive preparationi, quæ in eo præcipue sita est, ut nos totos integre & perfecte subdat Deo, nihil ut supersit quod nostrum reputemus & spectemus, sed roti quodammodo in divinum mutati beneplacitum, hoc unum cogitemus, velimus & suspiremus quod ille,

P. 38. Et nunc quæ est expectatio mea: nonne Dominus? *P. 72.* Et substantia mea apud te est. Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt; & ego ad nihilum redactus sum & neciv. Ut instrumentum factus sum apud te: Ego semper tecum. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me. Ecum gloria suscepisti me. Quid enim mihi in Cœlo? & à te quid volui super terram? Defecit caro mea & cor meum: Deus cordis mei & pars mea Deus in aeternum. Hoc est unum spectare Dominum, hoc est esse resignationem, hoc est esse paratissimum ad omnia Dei dona; hic est animus quem maxime Deus respicit. Hic est homo de quo ait, ecce servus meus suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum. O qualis anima nostri status, in qua sibi complacat ipsa Dei anima! in qua sua beatitudinis aliquod velut incrementum inventiat!

SED qui ad nulla sibi danda dona Dei, aquæ paratus est, atque ad omnia recipienda, ille est qui spectat potius donantem quam ipsius donum aut ultimum suum commodum.

Nam cum dona spiritualia & cœlestia hoc præcipua bona, & quæ justius atque avidius desiderari & recipi possint: profectò qui ad nulla recipienda aquæ paratus est, atque ad omnia, prout dare vel negare voluerit Deus, sic se indicat purè spectare divinam voluntatem supra quidvis aliud: quandoquidem illa bona superant dignitatem & utilitatem cætera omnia: dummodo scilicet, ut supponitur, id faciat non ex negligencia vel incuria, sed ex intuitu divini beneplaciti quod pluris facit quam suum bonum, etiam spirituale & aeternum. Sicut supra dictum Beatos in cœlo magis gaudere, quod divina in ipsis voluntas impletatur, quam quod beati sunt, unde sunt tam cōtentí in novissimo atque in primo loco, ut ait S. Bernardus. Hic est excellētissimus perfectæ resignationis actus, qui tantopere celebratur in sancto martyre Laurentio, non quod tantum paratus fuerit pati cum Xisto Pontifice, sed potius, idavidè cum expeteret, tam paratus fuerit ad minimè patientium cum eo, quia sic voluntas Dei ferebat, quam ad martyrium subeundum.

In homine seculari & minus perfecto, perfectionis studium esset, magna semper velle agere, & magna pati: in homine vero perfecto, imperfectionis nota esset sic velle magna semper agere vel pati, ut non aquæ parva vel nulla velit pati aut agere, prout purè Deus ordinavit. Ponderis aquam voluntas eius, inquit Sapiens, id est, voluntate divina sic pôderantur à sanctis omnia, ut sive parva sive magna sint, sint tamen illis æqua & æqualia, quia unam Dei respiciunt voluntatem. Vel sic: si cut pondere suo referuntur omnia quoque feruntur: ita sanctorū pondus est divina voluntas, quæ ipsis videtur tā æqua & sancta in omnibus, ut eō indifferenter ferantur quo divina voluntate feruntur. Sic rursus dicuntur Beati sic colere divinam voluntatem, ut si talis esset Dei voluntas, cœlum defererent non modò ut terras iterum repeterent, sed in ipsis purgatoriis vel eterni damnatorū ignis pœnas descendereat, dicerentq; cum lobo, *Dominus dedit,*

Tr. de di-
lig. Deo
c. 7.

Vid. I. 2.
de Imit.
Ch. c. 9.

Prov. II.

Aaa 2

dedit,

dedit, Dominus absulit, sit nomen Domini benedictum: sed tanto id gloriōsius & magnificenter dicerent supra Iobum, quām cōlum terrae præstat. O Divinas sanctorum mentes! quam longē ab his absimus, qui terrenum nescio quid vix patimur nobis negari, cūm cōlum ipsum pro Deo deserendum esset!

III. PUNCTUM,

- N**emo ergo parasier ad omnia Dei Dona recipienda, quam qui ad nulla sibi danda & que paratus est. Quia sic purius Deum respicit, sic donantem potius quam dōna spectat: sic perfectius Deo subjicitur & unitur, quæ perfecta subiectio capaciorem & paratiorem Deo recipiendo facit animam, cui propterea dicitur: *Dilata os tuum & imp̄lebo illud.* Id est, ut interpretatur sanctus Augustinus, *angustias pateris in te, desere teipsum, ut in me transeas, sicque dilaberis ut magis implaris.* Quod & exp̄ficius idem Reginus Platész: *Doce me, inquit, facere voluntatem tuam quia Deus meus es tu, Tu verò statim subdit, spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam;* Quasi diceret, statim atque me ad voluntatem tuam comparavero, spiritus tuus me sibi comparabit & acquires. Itemque alibi luculentè: *Ausferes spiritum eorum & deficient, & in pulvrem suum revertentur. Emittes spiritum tuum & creabuntur & re-*
- Pſ. 80.
- Pſ. 142.
- Pſ. 103.

novabis faciem terræ, Tūm enim auertit spiritus noster & deficit, cum perfectè subjicitur Deo; at loco nostri spiritus, diuinus ille subſtruitur qui replet vaſa vacua, & cui potius deficit vaſa quam ille vaſis, sicut de oleo Elizæi narratur.

Offa arida audite verbum Domini, præclara est figura apud Ezechielem. Vide locum, & illud maximè annota quod dicitur, A quatuor ventis veni Spiritus. Sic enim mystice à qua-

4. Reg. 4.

Ezech. 37.

*tuor ventis super nos invocatur & venit sanctus Spiritus, id est; per quatuor motiva repræsentata per quatuor mundi partes unde quatuor principales venti perflant, & continentur in hymno de Spiritu sancto: Sic enim primò venit velut ab oriente per beneficia cōmemorata: *Veni Cœrator Spiritus, &c.* Deinde secundo & tertio versu velut à meridie per Charitatem: *Qui paraclitus diceris, &c.* Tūm verò quarto versu velut ab occidente per infirmitates & peccata nostra: *Accende lumen sensibus, infirma nostri corporis, &c.* quinto deinde versu velut a septentrione, propter hostes, *Hos tem repellas longinus, &c.* Atque hæc atdenter, constanter & pure propter Deum, nihil aliud postulando quam quod ipse velit, & quia sic ipse vult ut postules. Nihil in vacuo natura operatur; at contraria, tota est in vacuo gratia; *Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.**

HAC HEBDOMADA, sic pergetur in historia Actuum Apostolorum, ut inde diebus singulis manifestentur septem Dona Spiritus sancti, totidemque ex illis, eratæ Veritates..

DOMINICA PENTECOSTES.

DE MISSIONE SPIRITVS SANCTI. Et de: Dono Sapientie.

Et factus est repente de Cælo sonus tanquam adveniens spiritus vehementis, & repletiv totam domum; ut ierant sedentes. Et apparuerunt illis dispersitate lingue et tanquam ignis, sedieque suis præ singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & caperunt loqui variis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloquillis. Ac 2...

VERITAS